



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

12. Amentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

stator erat coniugatus tempore testamenti, intelligitur de præfenti sola vxore, & si solutus erat matrimonio; non debentur posteriori vxori, *lib. 7. disp. 91. à nu. 58, 59. & 60.*

Amentes.

1. Amentes, & mente capti non possunt contrahere validè, nec sponsalia, nec matrimonium ex defectu deliberationis, *lib. 1. disp. 8. nu. 15.* Secus dicendum de habentibus lucida interualla, *ibid. num. 16.* In dubio autem, quando non constat eum, de quo tractatur, antea furore correptum esse, non præsumitur furiosus, sed sanæ mentis. Secus, quando constat aliquem dementia affectum fuisse, nec constat consueuisse habere lucida interualla, *ibid. num. 17.* Et gaudens lucidis interuallis peccat contrahendo, & aliquando mortaliter, *numer. 18.* Et ebrius tempore ebrietatis contrahens nihil facit, licet haberet ante tempus ebrietatis voluntatē cōtrahendi; & nō est simile de Baptismo, *ibid. nu. 19. & 20.* Vnde nō sufficit ad sponsalia, & matrimonium voluntas virtualis, nisi quâ in se volitum est, *ibid. nu. 21.* Et dantur aliqui amentes in vna materia, & in alijs feruentes rationis vsu, ita vt possint facere, & iure matrimonium, *ibid. nu. 23.*

2. Coniugi non omnino destituto, sed fatuo (id est simplici) tenetur alter coniux reddere debitum. Idem dicendum, si in vna re fuerint amentes, & in altera non, vel si habeant lucida interualla, *lib. 9. disp. 23. à nu. 1. vsque ad 3.*

ad 3.

ad 3. Et si ambo fuerint perfectè amētes separandi sunt, donec ad mentem redeant, & reus esset culpa, qui eos ad copulam incitaret, *ib. nu. 5.* Etiam amentes non coniugatos coniungere, vt habeant copulam, est peccatum mortale, & habet easdem circumstantias, ac si illi essent sui compotes, quas tenetur confiteri, qui eos incitauit, *ib. nu. 6.*

3. Quando alter coniux solus est amens, ex natura rei est licitus concubitus. Vnde si non fit periculum abortus, aut damni notabilis coniugis sani, nulla erit culpa. Idem dicendū, quamuis sit periculum, vt amens seminet extra vas, sed solum est consilium abstinere tunc. Vnde etiam licitus est concubitus, quando vxor est mentis compos. Etiam est licitum vxori mouere ad copulam coniugem insanum: secus dicendum, si illa est amens, *lib. 9. disp. 23. à n. 7. vsque ad 9.*

Probabilius est, coniugem sanum non teneri per se, & ex natura rei debitum reddere amenti, quamuis nullum abortus, aut damni cōiugis periculū sit. Dicitur per se, quia si periculū sit in cōiuge furioso negato sibi debito effusionis seminis, tunc tenetur per accidens. Quod periculum non habet locum in muliere, quando illa sit amens. Item est licita copula inter vtrūque, vel alterum tantum coniugem ebrium, *lib. 9. disp. 23. à numer. 10. vsque ad 12.*

Am.